

34. Et horum non excluderunt Iesum voce magnâ, dicens: * Eloï, eloï, lamma sabbathani? quod est interpretatum: Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?

35. Et quidam de circumstantibus audientes, dicabant: Ecce Elias vocat.

36. Currens autem unus, & implens spóngiam aceto, circumponensque cálamo, potum dabat ei, dicens: Sinite, videamus si véniat Elias ad deponendum eum.

37. Iesus autem emissâ voce magnâ expiravit.

38. Et velum templi scissum est in duo, à summo usque deorsum.

39. Videns autem Centurio, qui ex adverso stabat, quia sic clamans expirasset, ait: Verè hic homo Filius Dei erat.

* Matth. 27. 55. 40. * Erant autem, & mulieres de longe aspicientes: inter quas erat María Magdalene, & María Iacobi ministris, & Ioseph mater, & Salome:

41. & cum esset in Galilaea, sequebantur eum, & ministrabant ei, & aliae mulierata*, quae simul cum eo ascenderant Ierosolymam.

* Matth. 27. 57. 42. * Et cum iam sero esset factum (quia erat parvus, quod est ante sabbatum)

Luc. 23. 50. 43. venit Ioseph ab Arimathea nóbilis decurio, qui & ipse erat expéctans regnum Dei, & audacter introivit ad Pilatum, & pétuit corpus Iesu.

44. Pilatus autem mirabatur si iam obiisset. Et accersito centuriōne, interrogavit eum si iam mórtuus esset.

45. Et cum cognovisset à centuriōne, donavit corpus Ioseph.

46. Ioseph autem mercatus sindonem, & depónens eum invólvit sindone, & posuit eum in monumēto, quod erat excisum de petra, & advolvit lápidem ad óstium monumēti.

47. María autem Magdalene, & María Ioseph aspiciébant ubi poneretur.

CAPUT XVI.

Resurreccio Domini.

* DOM. 1. ET cum transisset sabbatum, * María Magdalene, & María Iacobi, RECT. & Salome emerunt arómata ut venientes Math. 28. úngentum Iesum.

1. Luc. 24. 1. 2. Et valde mané unā sabbatórum, vé-

Ioann. 20. niunt ad monumēto, orto iam sole.

1.

30. Et dicébant ad invicem: Quis revolvet nobis lápidem ab óstio monumēti?

4. Et respiciéntes vidérunt revolutum lápidem. Erat quippe magnus valdē.

5. * Et introéentes in monumēto vidérunt iúvenem sedentem in dextris, coopértum stolâ cándidâ, & obstuquéunt. * Matth. 28. 5. Luc. 24. 4.

6. Qui dicit illis: Nolite expavescere: Iesum quæritis Nazarénum, crucifixum: surréxit, non est hīc, ecce locus ubi posuerunt eum.

7. Sed ite, dicate discípulis eius, & Petru- * Supr. 14. to quia præcédit vos in Galilæam: ibi eum vidébitis, * sicut dixit vobis. ^ 28.

8. At illæ exeéntes, fugérunt de monumēto: inváserat enim eas tremor & pavor: & némini quidquam dixerunt: timébant enim.

9. Surgens autem manē, * primâ sabbati, appáruit primò María Magdalene, de quā eiécerat septem dæmónia.

10. Illa vadens nunciávit his, qui cum eo fuerant, lugéntibus, & fléntibus.

11. Et illi audientes quia viveret, & vi-

visus esset ab ea, non credidérunt.

12. * Post hāc autem duobus ex his * Luc. 24. ambulántibus osténsus est in aliâ effigie, 13.

cúnibus in villam:

13. & illi éuntes nunciáverunt céteris:

nec illis credidérunt.

14. Novissimè * recumbéntibus illis ún- * IN AS- decim appáruit: & exprobrávit incredu- CENSIO- NE DO- MINI.

15. Et dixit eis: Éuntes in mundum univérsūm prædicáte Evangélium omni créatura.

16. Qui credíderit, & baptizátus fuerit, salvus erit: qui verò non credíderit, condemnábitur.

17. Signa autem eos, qui credíderint, hæc sequéntur: * In nōmine meo dæmo- * Act. 16. nia ejíscient: * linguis loquéntur novis: 18.

18. * serpentes tollent: & si mortiferum quid biberint, non eis nocébit: * Act. 28.

* super ægros manus impónent, & benē s. habébunt. 8.

19. Et Dóminus quidem Iesus post- quām locútus est eis, * assūptus est in * Luc. 24. cælum, & sedet à dextris Dei. 51.

20. Illi autem profécti prædicavérunt ubique Dómino cooperante, & sermó- nem confirmáte, sequéntibus signis. *

SANCTUM IESU CHRISTI EVANGÉLIUM SECUNDUM LUCAM.

LUCAS Antiochia Syria oriundus, pictor & medicus, sermonis Græci, ut scripta eius indicant, non ignarus, à Paulo conversus, sc̄tator eius, & omnis peregrinationis comes fuit. Vixit autem cælebs ad annum 84. ut docet Hieronymus; (lib. de Script. Eccl.) ac tandem apud Patras, urbem Achaiæ, Apostolatum suum nobilis martyrio conclusit.

Lucam, Evangelium in Achaiæ & Beotia partibus, Græcè scripsisse tradit idem Doctor, (proœm. in Matth.) quod Baronius ad annum Neronis 2. revocat. Sane circa hunc aut sequentem annum, hoc est æra noſtra 56. aut 57. à Paschæ 23. aut 24. Paulum, cuius comes individuus Lucas, has partes peragrasse, indicat peregrinatio eius, Chronologæ noſtra cap. 41. descripta. Sed cùm ille bis régiones istas lustraverit, ut ibidem annotavimus; primum quidem quando cum Atheniensibus de Ignoto Deo disceptavit, ac Corinthi annum & sex menses, apud Aquilam & Priscillam commoratus est. (Actor. 18.) Secundò autem cùm tres menses, in Gracia peregit, intra quos eleemosynas in Hierusalem deferendas colligit: (Actor. 20. cum 1. Cor. 16. & 2. Cor. 9.) nos de priore eius peregrinatione malumus quod dicit Hieronymus intelligere, cùm multò diutius tunc ibi sit commoratus; & ad annum post passionem circiter 19. hoc est æra noſtra 52. scriptio eius revocare. Quam eo consilio suscepit ut Pseudo-Apostolorum temeritatem confutaret, qui ut Pauli predicationi obessent, aliter quam ipse enunciabat, conati erant narratio- nem rerum à Christo completarum ordinare.

Quidam suspicantur, inquit Hieronymus, (lib. de Script. Eccl.) quotiescumque in epistolis suis Paulus dicit: IUXTA EVANGELIUM MEUM (ut ad Rom. 2. 16. & 16. 25. cui quām simile est quod 1. Thess. 1. 5. dicit EVANGELIUM NOSTRUM) de Lucæ significare volümen. Quod innuit ipse Tertullianus lib. 4. contra Marcion. cap. 4. cùm ait: Nam & Lucæ digestum, Paulo adscribere solent. Unde conjiciunt multi, Evangelium Lucæ, ante Pauli epistolæ scriptum, quamquam Evangelij voce, etiam Evangelistæ munus intelligi possit. Lucam autem designasse Apostolum, cùm 2. Cor. 8. 15. Fratrem se misericordia dicit, cuius laus est in Evangelio, affirmat idem Hieronymus, (ibid.) nec non Chrysostomus (Homil. I. in Actor. Apost.) imd & ante eos Ignatius in Epist. ad Ephes. ut quidem vulgares habent codices.

CAPUT PRIMUM.

Post proœmium, Lucas quo in nativitate Ioannis evenerint, narrat ex ordine.

1. **Q**uóniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem, quæ in nobis compléta sunt, rerum:

2. sicut tradidérunt nobis, qui ab initio ipsi vidérunt, & mihi fuerunt sermónis:

3. visum est & mihi, affecuto ómnia à princípio diligenter, ex ordine tibi scribere, opime Theophile,

4. ut cognoscas eorum verbórum, de quibus eruditus es, veritatem.

5. * Fuit in diébus Herodis, regis Iudeæ, facérdos quidam nōmine Zacharias * IOANN. BAPT. * de vice Abia, & uxoris illius de fi-

liábus Aaron, & nomen eius Elisabeth.

6. Erant autem iusti ambo antè Deum, incédentés in ómnibus mandatis, & iustificatiōibus Dómini finē querela,

7. & non erat illis filius ed quod esset Elisabeth stérilis, & ambo processissent in diébus suis.

8. Factum est autem, cùm sacerdótio fungeretur in ordine vicis suæ antè Deum,

9. secundum consuetudinem sacerdotij, forte exiit ut incésum póneret, ingrēssus in templum Dómini:

10. & * omnis multitudo populi erat orans foris horā incensi.

* Exod. 30. 7. Levit. 16.

Rrrr . 11. Ap. 17.

11. Apparuit autem illi Angelus Domini, stans a dextris altaris incensi.

12. Et Zacharias turbatus est videns, & timor irruit super eum.

13. Ait autem ad illum Angelus: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua: & uxor tua Elisabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Ioannem:

14. & erit gaudium tibi, & exultatio, & multi in nativitate eius gaudebunt:

15. erit enim magnus coram Domino: & vinum, & siceram non bibet, & spiritu sancto replabit adhuc ex utero matris suae:

16. & multos filiorum Israël convertet ad Dominum Deum ipsorum:

* Mal. 4.6. 17. & ipse præcedet ante illum in spiritu, & virtute Eliæ: * ut convertat corda patrum in filios, & incrédulos ad prudéntiam iustorum, parare Domino plenam perféctam.

18. Et dixit Zacharias ad Angelum: Unde hoc sciam? ego enim sum senex, & uxor mea procéssit in diébus suis.

19. Et respóndens Angelus dixit ei: Ego sum Gábel, qui alto ante Deum: & missus sum loqui ad te, & hæc tibi evangelizare.

20. Et ecce eris tacens, & non pótteris loqui ulque in diem, quo hæc fiant, pro eo quod non credidisti verbis meis, quæ implebuntur in tempore suo.

21. Et erat plebs expéctans Zachariam: & mirabantur quod tardaret ipse in templo.

22. Egredíssus autem non pótterat loqui ad illos, & cognovérunt quod visiōnem vidísserit in templo. Et ipse erat innuens illis, & permánst mutus.

23. Et factum est, ut impléti sunt dies officij eius ábiit in domum suam:

24. post hos autem dies concepit Elisabeth uxor eius, & occultabat se ménſibus quinque, dicens:

25. Quia sic fecit mihi Dominus in diébus, quibus respéxit auferre opprobrium meum inter homines.

* FER. 4. 26. In mense autem sexto, * missus est Angelus Gábel à Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Názareth,

ADVENT. Item 27. ad Virginem despósatam viro, cui in an-nomen erat Joseph, de domo David, & nunt. B. nomen virginis Marie.

VIRG. 28. Et ingrédíssus Angelus ad eam dixit: Ave gratiā plena: Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus.

29. Quæ cùm audísset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio.

30. Et ait Angelus ei: Ne timeas María, invenisti enim gratiā apud Deum:

31. * ecce concipies in utero, & páries * Isaie 7. filium, & * vocabis nomen eius IESUM. * Infr. 2.

32. hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dóminus Deus sedem David patris eius: * & regnabit in * Dan. 7. domo Iacob in æternum, * Mich. 4.7.

33. & regni eius non erit finis.

34. Dixit autem María ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognoscō?

35. Et respóndens Angelus dixit ei: Spíritus sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascétur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei.

36. Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concipit filium in senectute sua: & hic mensis sextus est illi, quæ vocatur stérilis:

37. quia non erit impossibile apud Deum omne verbum.

38. Dixit autem María: Ecce ancilla Dómini, fiat mihi secundum verbum tuum. * Et discéssit ab illa Angelus.

39. * Exúrgens autem María in diébus illis ábiit in montana cum festinatione, in civitatem Iudæa:

40. Et intrávit in domum Zachariæ, & salutavit Elisabeth.

41. Et factum est, ut audívit salutatiōnem Mariæ Elisabeth, exultavit infans in utero eius: & repléta est Spíritu sancto Elisabeth:

42. & exclamavit voce magnâ, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.

43. Et undè hoc mihi ut véniat mater Dómini mei ad me?

44. Ecce enim ut facta est vox salutatiōnis tuae in auribus meis, exultavit in gáudio infans in utero meo.

45. & beata, quæ credidisti, quoniam perficiéntur ea, quæ dicta sunt tibi à Dómino.

46. Et ait María: Magnificat áнима mea Dóminum:

47. & exultavit spíritus meus in Deo salutari meo. *

48. Quia respéxit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

49. Quia fecit mihi magna qui potens est: & sanctum nomen eius.

50. Et

50. Et misericordia eius à progénie in progénies timéntibus eum.

* Isaie 51. 51. Fecit poténtiam in * bráchio suo: dispérsit supérbos mente cordis sui.

9. Psalm. 32. 52. Depósuit poténtes de sede, & exaltavit húmiles.

10. * I. Reg. 2. 53. * Esuriéntes implévit bonis: & dívites dimisit inánes.

54. Suscépi Israël puerum suum, recordátus misericordiæ suæ.

55. Sicut locútus est ad patres nostros, * Abraham, & sémini eius in saecula.

9. * Gen. 17. 56. Mansit autem María cum illa quasi ménſibus tribus: & revérsa est in domum suam.

16. Psal. 131. 57. * Elísabeth autem impléatum est tempus pariéndi, & péperit filium.

11. Isaie 41. 58. Et audiérunt vicini, & cognáti eius quia magnificávit Dóminus misericordiam suam cum illa, & congratulabántur ei.

59. Et factum est in die octávo, venérunt circumcidere puerum, & vocábant eum nōmine patris sui Zachariam.

60. Et respóndens mater eius, dixit: Nequāquam, sed vocabitur Ioánnes.

61. Et dixérunt ad illam: Quia nemo est in cognatiōne tua, qui vocétur hoc nōmine.

62. Innuébant autem patri eius, quem vellet vocári eum.

* Supr. 7. 63. Et póstulans pugillarem scripsit, * dicens: Ioánnes est nomen eius. Et miráti sunt univérsi.

64. Apértum est autem illic os eius, & língua eius, & loquebátur benedícens Deum.

65. Et factus est timor super omnes vi-cinos eórum: & super ómnia montaña Iudeæ divulgabántur ómnia verba hæc:

66. & posuérunt omnes, qui audierant in corde suo, dicéntes: Quis, putas, puer iste erit? Etenim manus Dómini erat cum illo.

67. Et Zacharias pater eius replétus est Spíritu sancto: & prophetávit, dicens:

* Psal. 73. 68. * Benedictus Dóminus Deus Israël, quia visitávit, & fecit redemptiōnem plenis suæ: *

12. * Psalm. 131. 69. * Et eréxit cornu salutis nobis: in domo David pueri sui.

* Ier. 23. 70. * Sicut locútus est per os sanctórum, qui à saeculo sunt, prophetarum eius:

6. * Mich. 5. 71. Salutem ex inimicis nostris, & de manu ómnium, qui odérunt nos:

10. Matth. 2. 72. Ad faciéndam misericordiam cum pátribus nostris: & memorári testaménti sui sancti.

73. * Iusurándum, quod iurávit ad * Gen. 22. Abraham patrem nostrum, datúrum se * 16. Ier. 31. 33. Heb. 6. 13. 74. Ut simē timore, de manu inimicōrum nostrorum liberáti, serviāmus illi.

75. In sanctitate, & iustitia coram ipso, omnibus diébus nostris.

76. Et tu puer, prophéta Altissimi vocáberis: præbis enim anté faciem Dómini parare vias eius:

77. * Ad dandam scientiam salutis plebi * Mal. 4. 5. eius: in remissiōnem peccatórum eórum: Supr. 7. 78. Per viscera misericordiæ Dei nostri: in quibus visitávit nos, * oriens ex alto: * Zech. 3. 8. & 6. 12. Mal. 4. 2. 79. Illuminare his, qui in ténebris, & in umbra mortis sedent: ad dirigéndos pedes nostros in viam pacis.

80. Puer autem crescébat, & confortabat spíritu: & erat in desértis usque in diem ostensiōnis suæ ad Israël.

CAPUT II.

Christi nativitas, queaque acta sunt usque ad annum Christi tricésum. Edictum Cesaris ut describeretur orbis Romanus. María parit filium primogénitum. Ad sunt pastores. Circumcisio. Purificatio; Simeon & Anna prophetizant. Puer Iesus in templo inter Doctores.

1. Factum est autem in diébus illis, * IN NA- TIVIT. exiit edictum à Cæsare Augústo DOM. AD.

2. Hæc descrip̄tio prima, facta est à præside Syria Cyrino:

3. & ibant omnes ut profiteréntur singuli in suam civitatem.

4. Ascéndit autem & Joseph à Galilæa de civitatem Názareth in Iudeam in civitatem * David, quæ vocatur Béthlehem: * I. Reg. eò quod esset de domo, & familia David, 20. 6.

5. ut profiteretur cum María despónsatā sibi uxore prægnante.

6. Factum est autem, cùm essent ibi, 6. impléti sunt dies ut páret.

7. Et péperit filium suum primogénitu, & pannis eum invólvit, & reclinavit eum in præsépio: quia non erat eis locus in diversorio.

8. Et pastores erant in regiōne eadē vigílantes, & custodiéntes vigílias noctis super gregem suum.

9. Et ecce ángelus Dómini stetit iuxta illos, & cláritas Dei circumfúslit illos, & timuérunt timore magno.

10. Et dixit illis ángelus: Nolite timere;

Rrr 2